



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De Inuectiua. Capvt XXXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

memorantur, discutiuntur, minutatim confutantur. Hanc methodum sequuti sunt Basilii in Eunomium, Cyrillus in Iulianum.

## De Inuectiua.

## CAPVT XXXIV.

ET si ad demonstratiuum genus magis pertinere videtur inuectiua tractatio, quando tamen huic generi frequenter immiscetur, & a nonnullis in eo collocatur ordine, non pigebit hic aliqua de ea tem adscribere. Quod apud poetas est satyra, hoc ferme apud oratores inuectiua oratio, scilicet mordax, & ad perstringendos hominum mores accommodata. Differt ab accusatione, quod hæc fori cancellis concludatur, illa extra fori sepea volitet, hæc damnationem rei intendat, illa notam potius spectet infamiae: Hæc modum, & ordinem teneat magis temperatum, illa furore quodam ingenij, & orationis impetu potius rapiatur.

*Inuectiua  
ut differt ab  
accusatione*

*Inuectiua  
duplex.*

Duplex est autem inuectiua; vna in homines, altera in vitia. Quæ hominum, priuarum scilicet personarum spectat infamiam, numquam temere usurpanda est, nisi tales ipsi sint, qui exagitantur, vt in summam desperationem prolapsi, & apud omnes infamia notatissimi nullum bonæ spei locum reliquerint.

Hæc enim plerumque in eos assumuntur tela, qui viuos, & mortuos vulnerent, & eorum infamia terrorem alijs, vitiorumque odium sempiternum iurant.

Hac mente D. N. zianzenus in Iulianum, D. Hilarius in Constantium pro Catholica religione sunt inuecti. Qui vero priuata solent odia per maledicos stylos in principes viros eructare, parum alijs proficiunt, sibi plurimum nocent.

*Ridenda poemata malæ,*

*Quam te conspicua diuina Philippica famæ.*

*Volueris à prima qua proxima.*

Alter, quæ in hominum mores, & deprauatæ vitæ licentiam inuehitur, vtilior est, & melior. Constat autem ex philosophiæ præceptis, & altissimæ disciplinæ oraculis, quæ vi, & robore amentatæ cuiusdam orationis altissime desiguntur in pectora.

Rursus alia inuectiua, vt Satyra Comica plus habet salis, & moralis vrbauitatis, etiam dum vitia perstringit, haud obscure depingit. Qualia nimis multa sunt in Petronij Satyrico. Alia profus acris, & generosa est, fluens ex sublimi sapientia, nihil comicum, nihil leue, & iudicium affectans; sed tota in carpendis moribus posita. Extant certè nonnulla in ipso Arbitrio præcella, & inuectiuis maioribus digna. Qualia sunt ista.

*Inuectiua  
grauis.*

Et quis mihi hanc solitudinem imposuit? adolescens omni libidine impurus, & sua quoque confessione dignus exilio, stupro liber, stupro ingenuus, cuius anni ad tesseram venerunt, quem tamquam puellam conduxit etiam, qui vitium putauit.

Quid ille alter die, qui tanquam togæ virilis toam sumpsit, qui ne vir esset à Matre persuasus est, qui opus muliebri in erg. stulo fecit, qui postquam conturbauit, & libidinis sua solum veritè, reliquit veteris amicitia nomen, & pro pudor! tamquam mulier sequituleia vnius noctis tactu omnia vendidit. Hæc in personam. At in mores grauius, & sententiosè.

Nemo cælum putat, nemo iusiurandum seruat. Nemo Iouem plus facit: Sed omnes operis oculis bona sua computant.

Quod vero ad ordinem, & diuisionem attinet, si ista est inuectiua in hominem, tum eodem filo pertextitur, quo vituperatio; vel enim vitam inspicit a puero, perstringitque singula magna orationis libertate, & toto amplificationum apparatu, vel certis insit capitibus, & vitijs, quæ sibi exaganda proposuit, vt ex orationibus Demosthenis in Aristogonem, Ciceronis in Antonium, Pisonem, Caillinam, Vatiniuum licet agnosceret.

*Inuectiua  
ordi.*

Ferax est istud, & proeliue argumentum, nec ei, qui per istas reperit orationes deesse forma dicendi potest. Quod si inuectiua obiter tantum assumitur, tractatur vt amplificatio per certa argumenta, & figuras, quæ ad inimos sensus vellicandos plus habeant virtutum.

## De obiurgatione.

## CAPVT XXXV.

Obiurgatio differt ab inuectiua, quod hæc non est aduersus inimicos, illa dilectos etiam etiam aduersus amicos.

*Obiurgatio  
non est aduersus  
amicos.*